



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

LXXX. Sacræ Congregationis Indicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

eum signatum, & munitum fuit. Datum Romæ, in Palatio Apostolico Quirinali, die 20. Nouembris anno 1663.

M. Episc. Sabinen. Card. Ginettius Prefectus.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congregationis Secretarius.

Loco † sigilli.

LXXIX.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria v. Die 31. Maij 1663.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habito in Palatio Apostolico apud S. Mariam Maiorem, coram Sanctissimo D. N. D.

ALEXANDRO Diuina providentia Papa VII. ac Eminentiss.

& Reuerendis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,

in tota Republica Christiana contra hereticam prauitatem

Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apo-

stolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMUS D. N. Alexander Papa VII. prædictus, auditis votis eorum Dominorum Cardinalium, censuit infra-scriptos Libros, ut pluribus erroribus, ac hæresibus feuentes, ne ex eorum lectione in perniciem Fidei, & Reipublicæ Christianæ fideles inficiantur, damnandos, & prohibendos esse, prout eos præsentis Decreto damnat, & prohibet, vbicumque quouis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, ut nullus deinceps cuiuscumque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, & specialissima nota dignus, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum prohibitorum contentis, illos apud se retinere, & legere audeat, & sub eisdem pœnis, quicumque illos habent, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à præsentis Decretij notitia exhibere teneantur. *Tituli Librorum.*

Manuale Catholicorum, hodiernis Controuersijs amicè componendis maximè necessarium; *Authore Alethophilo Charitopolitano; Impressum Charitopoli, anno 1663.*

Exe-talis scientiæ requisitæ in Theologo ad Censuras sententijs Theologicis inferendas, oblata Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus Congregationis Sanctæ Inquisitionis, à Thoma Anglo ex Albijs East Saxonum 1662.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † Sigilli.

LXXX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra-scriptus Liber vbicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendusue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eum impostero, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus seu locorum Ordinarijs, à præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis. *Liber est.*

Ioannis Caramuelis Apologema pro antiquissima, & vniuersalissima Doctrina de-
mm 3 probabi-

probabilitate.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinens. supradictæ Sacræ Congregationis Præfetti, præfens decretum signatum, & munitum fuit. Datum Romæ, in Palatio Apostolico Quirinali die 15. Ianuarij 1664.

M. Episcopus Sabinensis Card. Ginettus Præfectus.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congr. Indicis Secr.

Loco † Sigilli.



L X X X I.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra scriptus Liber, vbicumque, & quocumq; idioma te impressus, imprimendusue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eum impostero, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, sub locorum Ordinarijs, à præfentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Liber est.

Apologia pro Sacra Congregatione Indicis, ejusque Secretario, ac Dominicano, contra Petri à Valle-clausa Libellum famosum, inscriptum de Immunitate Cyriacorum à censura.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinens. supradictæ Sac. Congregationis præfetti, præfens Decretum signatum, & munitum fuit. Dat. Romæ, in Palatio Apostolico Quirinali, die 20. Februarij, 1664.

M. Episcopus Sabinens. Card. Ginettus Præf.

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Congreg. Secr.

Loco † Sigilli.

ELEN-

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
=4.